

mors nō est dissolutum, sed dissolutio. Is enim qui cōcēdit dissolu-  
tum nō sentire, iam nō concepit fieri sine sensu dissolutionē. neq;  
enim dissolutio animalis que est mori, est sine sensu. quo cīca ad  
nos pertinet mori, et non esse mortuos; licet non semper mori ad  
nos spectet: quare duplex est mors ea quae fuit, et ea quae est:  
que fuit nūbil ad nos, que uero est, ad nos illa pertinet, quā nos  
timemus. Iā uero ne illi quidē sunt syllogismi, in quibus nulla pro-  
positio uniuersalis sumpta est, quia in ipsi nō demonstratur ex ijs  
que posita sunt, ex uniuersali propositione que omisiā est. Tales  
sunt orationes Stoicorum que sine via, et ratione concludere di-  
cuntur. neq; enim si A est aquale B, et similiter aquale est  
ipsi C, iam A, ipsi C, aquale esse syllogistice demonstratum erit:  
quia conclusio nō fit ex propositionis, sequitur quidē id ex proposi-  
tis, quia uerum est hoc uniuersale, quae eidem aequalia sunt, inter  
se sunt aequalia, quo cīca illo posito, et hoc duuo coniuncto, et  
in unam propositionem composito hoc modo, A, et C, et dē sunt  
aequalia B, syllogistice concludetur A, esse aquale C, simile est  
quod dicitur, Dies est, sed tu quoq; dicit diem esse, uerū igitur di-  
cis, nam et in hoc sequitur illatum ex propositionis, tamen necessi-  
tas non est propter illa, sed quia uerum est uniuersale, omnis qui  
dicit diem esse, cum dies est, uerum dicit hoc sumpto, si quis con-  
iungat postea in unam propositionem, Tu, cum dies sit, esse diem  
dicit, inferet syllogistice, Tu ergo uerum dicit, nā in ijs omnibus  
sermonibus uniuersale quod uerum est, sicut omisiā: alter a ue-  
ro propositione in duo, uel in plura dividatur, ut in hac oratione,  
lex est enormitati contraria: sed lex nō est mala, ipsa uero enor-  
mitas mala est: lex igitur est bona, hic enim uniuersale quod hu-  
iūmōl est. Quod nō est malum, et malo contrarium est, id bo-  
num est, sicut omisiā, dividitur autem in tria altera propositione,  
qua inā habet. Lex qua nō est malum, contraria est enormitati,  
qua mala est: cuius partes sunt hā, lex est enormitati contraria,  
et sed lex non est malum, et, sed enormitatis est in malis, nam ex  
predictis binis propositionib⁹ legē esse bonū syllogistice cōclu-  
ditur: itemq; ex una, que in tres partes sit diuina id cōficitur.

Demonstratio autem est, cum ex veris, et primis  
syllogismis est, vel ex talibus, que ex quibusdam ve-  
ris ex primis cognitionis suę principium sumunt.

Definiuit syllogismum Philosphorus, deinceps eius genera de-  
finit, et declarat, que quidē ex materia differentia quid singu-  
la sunt ostendatur, et in qua re essentiam habeant suam. ita enim  
sumens genera syllogismorum, et corum differentias explicans, no-  
bis dēnudat, in quo dialecticus syllogismus differat a ceteris. Spe-  
cies enim syllogismi que ex differentia materie oriuntur sunt eae:  
demonstratio, dialecticus sophisma, quippe quia quā ratiocinatur,  
uel ex ueris, uel ex probabilitib⁹, uel ex apparentib⁹ probabilitib⁹  
argumentatur, nam nemo ex falis, et improbabilius simul  
argumentatur. In primis uero loquitur de demonstratōne: si quis  
dēmā est maxime propria, et principialis ratiocinatio. demon-  
stratio autē est syllogismus scientiam effectens. Dicit autē demon-  
strationem esse syllogismum ex ueris et primis, uel ex talibus  
que ex primis et ueris sua cognitionis principium sumperuntur,  
idest, si id quod est propositionem, demonstratum sit, et cōclusum  
ex ijs, in quibus cause et principia cognitionis uera et prima  
sunt, neq; enim omnis syllogismus ex ueris constans est uere de-  
monstratio, sed si præter q̄ uera sunt ea ex quibus probatur  
syllogismus, prima etiam sunt: quoniam ita erit ex causis: et  
syllogismus ex causis ob dūcitur, in se ueris sunt.

corum que post illa sunt, neq; uero ea que sumuntur debent esse  
priora ordine naturae ijs, que ex eis demonstrantur, sed prima in  
eo, quod immediata, et non ex alijs demonstrata sunt: quae si ita  
erunt, naturae cognitiae erunt per se. sunt autem principia demon-  
strationis, que cognita per se sunt, immediata uero sunt nota per  
se, non enim demonstrantur. quamobrē qui demonstrat Luna de-  
ficere, quia incidit in umbram terrae, demonstrat hoc modo. Lu-  
na coincidit in umbram terrae, uel a terra obscuratur, quod coin-  
cidit, uel obscuratur, deficit. nam coincidere est causa deficitus.  
Quod si quis terram luna coincidere demonstrabit ex eo, quod  
luna deficit, is non tam proprie demonstrabit, et si uerū sumet,  
neq; enim ex primo, neq; ex causa proprie demonstrat alterum  
et effectum, sed primū ex posteriori, nam posterior est deficitus  
quā luna incidat in umbram terrae, et deficitus postea fit. Ita quoq;  
ex posteriori demonstrabit is, qui demonstrabit, hanc peperisse,  
qua lac habeat, neq; enim lac habere in causa est, cur peperit;  
sed peperisse causa est, cur lac habeat, at quia ex parte lac habere  
demonstrabit, ex causa et primo demonstrabit. Simili quoq; mo-  
do qui demonstrarit hominem habere pulmonem, quia homo est  
apius ad spirandum, ex uero quidē ratiocinabitur, sed nō ex  
primo: quocirca ne demonstrat quidē, quod si econverso ex eo  
quod pulmonem habet, eum respirare demonstrat, iam demonstra-  
bit. Itemq; is, qui demonstrat hominem habere sensum ex sensibili-  
te, non demonstrat, uerum si ex eo quod habet sensum, eum esse  
sensibilem demonstrauerit: profecto demonstrauerit. Quare alii  
quis, si demonstratio est ex primis, quisnam erit syllogismus ex  
ueris, sed ex posterioribus: an erit dialecticus? que enim ita ne-  
ra sunt, tanquam probabilia capiuntur, est enim probabile eam,  
que lac habet, peperisse. Et quod deficit, obscurari, an illa est ue-  
ra demonstratio, postea uero etiam ex syllogismis, tanquam ad  
nos? quoniam nobis notiora sunt que sumuntur. Primo igitur  
et proprie demonstratio est syllogismus, qui, ut dīlū est, ex pri-  
mis constat. Exemplum autem syllogismi ex primis et inmediate-  
tis facti, erit huiusmodi, cuiusq; rei forma est illud secundū quod  
est, nam hoc proposito ex inductione constat, et est indemon-  
strabilis atq; prima, posito q; omne quod actu est, id ex materia  
et forma est, hoc enim posito sequitur, omne quod ex materia  
et forma est, esse secundum formam id quod est, huc si adsum-  
tur propositione, que dicat, animal est ex ijs, que ipsa quoque est  
perspicua et indemonstrabilis, concludetur, animalis formam  
est id, secundum quod est: cui conclusioni si alia iterum propo-  
sitione affirmatur hoc modo, atque animal est secundum animalis sen-  
sus particeps, iam secundum animalē erit animal. his positis nō  
infertur ex primis, sed ex demonstratis per prima, animalis for-  
man esse animal quod si affirmaverimus id, animalis formam esse  
materialis, uitalis forma materialis est evidens, et adiuxterimus  
id, materialis formam non posse separari, concludetur, animalē  
que est forma animalis, inseparabile esse a corpore, licet enim  
ex primis et immediatis nō demonstraretur, tamen id quoq; demon-  
stratur, nam qui demonstrat quod luna privata est lumine ex eo  
q; deficit, is nō demonstrat neq; ex immediato, neq; ex indemon-  
strabili, non enim indemonstrabilis est, lumen deficitur, sed demon-  
strabilis ex eo quod incidit in umbram terrae: et ex eo, quod ob-  
scureatur, ex eo uero, quod id per immediatis, et prima demon-  
stratur, propterea syllogismus qui ex eo fit, est demonstratio, quo-  
dam modo enim ipse quoq; ex immediatis demonstratur propte-  
re, quod ex quibus demonstratur, sunt ex illis talibus ante de-

dedimus de animis.